Et amplexatꝰ eſt eū. vulnera eiꝰ ce-
pit varijs fletibus enarrare. Sicqꝫ
conſolabatur eum dicens.

c Onfortare do
mine Darie ⁊ ſurge. Et ſicut
nuper tuū imperiuꝫ tenuiſti
ita nunc Perſarum recipe dyade-
ma. ſiſqꝫ potens vt hactenus fuiſti
et glorioſus. Iuro enim tibi per po
tentiſſimos deos meos ꝙ veraciter
tibi totuꝫ imperiū renuncio. Opto
enim tecum cibarijs frui vt' cuꝫ ſuo
genitore filius. Nemo enim potens
dignitate gaudere debꝫ miſerijs ea
dem dignitate fungente. cum ab eo
fortuna et proſperitas immutetur.
Indica mihi interfectores tuos vt
vltione gladij vltimum ſupliciū pa
tiantur. Hec plorando cum dixiſſet
Darius manꝰ ſuas extendit ⁊ am-
plexatus eſt Alexandrum. Pectus
collum et manuꝫ eius oſculabatur
⁊ dixit ei.

f Ili alexander
vt plenius ſapientia tua no-
uit totꝰ mūdus in corruptio
ne poſitꝰ eſt. Diuina nanqꝫ ſapien-
tia omnia pſciens ⁊ cogitatiōes ho
minū ſcrutans. ſic illū a principio fa
bricauit vt nihil eſſet ꝯſtans aut fir-
mū. Sed abſentia ſui omnia tran-
ſeuntia in ſuū contrariū verterent̄.
Si enim feciſſet deus omnia ꝓſpe-
ra ſuper homines immutabilit̄ ha-
bundare. tanta eſſet ſuꝑbia et vana
gloria hominū. ꝙ non dijs ſed virtu
ti proprie aſſignarēt. Et ſic hoīes re-
cederent a ſuo cōditore. Si vero di
uini culminis celſitudo. ſic munda-
nam machinā condidiſſet. vt om̄ia
mala ⁊ infelicitates ſuꝑ homines ſi-
ne reuocatōne boni eſſent inducta.
tante eſſent fragilitates hominuꝫ q̄
naturā pſequunt̄ humanaꝫ. ꝙ om-
nes in deſperationis laqueū trahe-
rentur. ita vt a deo nullā haberemꝰ
fiduciam bonitatis. Sic itaqꝫ volu
it deꝰ omnia permutari. vt cū aliq̊s
felicitate plenus ob ſuꝑbiam ſuam
non cognouerit creatorem ſuuꝫ. de
altitudine ſuperbie ī humilitatis fo-
ueam demergatur. vt quod per ela
tionem felicitatis de deo fuerit obli-
tus. per depreſſionem miſerie recor-
detur. Prout in me vidiſti qui tan-
ta fueram multitudine incraſſatus
ꝓpter multas diuitias quas habe-
bam. vt nō dei creaturā. ſꝫ dei ſociū
me eſſe crederē ⁊ putareꝫ. Et q̄ tūc ꝑ
cecitatē ſuꝑbie nō videbā. nūc ꝑ hu-
militatis acumen video ⁊ agnoſco.
Cū aūt fuerit aliq̊s nimia infelicita-
te circūdatus. ⁊ de diuīa gratia ſpe-
rans auxiliū poſtulet. ſubleuat illuꝫ
deus ad beatitudinē ꝓſperoruꝫ. et q̄
miſeria obſtante de deo contempla
ri non poterat. felicitatis augmento
ſe paret ⁊ cognoſcat. Et queꝫ depri-
mit exaltare poteſt. Et queꝫ exaltat
hoīem poteſt ſternere in profundū.
Nō eleuetur itaqꝫ fili mi mens tua
in ſuperbiā ꝓpter victorias tibi a do
datas. Et ſi operatꝰ fueris q̄ dij ope
rantur. māibꝰ tuis celūqꝫ tetigeris.
ſemꝑ nouiſſima tua recordare. q̄ni-
am mortalis es ⁊ mortē tuaꝫ quoti-
die oculis tuis intueris. Nonne in-
ſpicis quia vnū ſolū octonium ob-
tinemꝰ de mūdo. ⁊ vita noſtra ara-
nearuꝫ artificio comparat̄. ſiue tele
aranee. q̄ quodam ope ſubtiliſſimo
videt̄ inſerta. adueniēte aūt impul-